

Salmasio

Nobilissime Vir.

(367)

Gravi vulnere de caelo tactus es. sed qui te dicendo hactenus
mirabilem praestitisti, nunc benigne et agendo stupendum
das. cuiusmodi enim illa sunt, à gemino funere caris
simorum pignorum, tam subitâ fortitudine tibi impo-
rare, ad te redire, ad amara studiorum, ad ipsas Musas
plane quasi si nihil contigisset, et perstrictus tu quidem
levi fulmine, non laesus esses! Haec, mi heros, ingenti
animi generositate inuictâ, et si amicos etiam patens
de suo conferre, quod ad nobile institutum faciat, et
auocando tibi ab inutili dolore, ecce meam inter primos
curtam suppellectilem excutio, ut si ridendi hora nondum
redieris, certe ridentem verum dicere audias, et cum
novo Pontifice meo more garrientem. Quinimo de
electione capulari Papae dissentens, ut qui Pasquino et
Masforio maledicendi voluptatens emitti invidere
audeam. Adicio sententiam de Coma, quâ, si te satis
assecutus sum, gravis controversia dirimi possit. Ig-
nosce nimiam libertati. Statueram Hagâ demum
his te nugis obtundere. Invitavit ingenii illa tui
alacritas, ut jam nunc illas representarem. Deinde
novitatis gratiam captare visum fuit, cum ea
itinere destinaverim, Zulichemum excurrere, Hollan-
diam non visurus, nisi octiduo post victorem Principem.

Bergis ad Romam. 17. Octob.

Vere tuum

C. H.

1644.

J. Foresto.

Nobilissime et Amplissime Domine

(368)

Quo igne incalueris nescio. febrilem quidem illum, quem
pridem defebuisse spero, satis certus sum ejusmodi scin-
tillas non emittere, quales in Paenatis nuper misso
agnovi lucidissimas. At enim vero, praeter illas tuis
in aetate jam propectulâ, ingenii usque juveniles flammâ
ignea fax

ignea fax. amor est patriæ patrique, quæ non desinis tu ardere
 neque hæc dictare tibi dignissimos te et Republicâ versus.
 ut ambigere liceat, potiorne civis an Poeta habendus
 sis. Raptim hæc effutio, districtus pluribus negotiis
 quæ incumbere soli solent, quoties exercitus in præsidia
 reducendus est; quod nunc agimus. Neque ei paucos
 dies, quorum aliquot Gulichemio meo impensum eo,
 amplius hæc testabor, ^{ubi} Hagæ te sanum ac valentem
 amplecti. Dabitur, quod nunc animo et affectu facio
 tibi Domine, penitus tibi, virtutibusque tuis, addicto
 et deuoto. Bergis ad Romam XV. Cal. Nov. MDCCXLIV

D. T. observantissimus

C. H.

Barlaeo.

Amplissimes Vir

(3/10)

Sollicito mihi de præstantissimi amicorum lentâ
 longâque valetudine, excidit quod vides Epigramma
 vernaculum, quo de affari placuit Tragicomicè desinit
 nimirum in piscem mulieris formosa, et qui graue
 principium dedi, serio capiti affingere ausus sum
 epilogum de facetis, certe de festiuis; nam festos
 dies indico, et quales Munda vivuntur. lege, iudica.
 etiam cum ægro sene, si tanti est, et nauseantem
 non offendis, ad plebeios patrus, quales de culinâ nos
 trâ prodeunt. Adde versionem item meam
 Epigrammatis, quod in desultoriis est. pag: ... Causam
 descriptioni dedit Salebræus interpres, qui eosdem versicu
 los a se translato typographo Amstelodamensi vul
 gandos tradidit. Nuper id quidem, ut videtur, sed stilo
 metroque et verbis mihi valde ingratis. Iudices æquid
 minus incommodè me expuserim et valebi vir doctis
 sime a toto tuo. C. H. 5. Dec. 1644.

Suspiciantur alteram illem versionem
 Rondelij esse, si accedis conjecturæ
 gratum erit, si et meam per te
 videat, sed quasi inscio me, et cui
 nihil de ipso in mentem venerit.

Barlaeo.

Amplissimo Doctissimoque Viro.

D. Caspari Barlaeo

(3/10)

C. H. S. P.

Nimirum vos benignos interpretes, datis interpretatiuncula
 mihi quidem memento desultorio, et nullo penè
 negotio